



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

Delvaux, André

Coloniæ Agrippinæ, 1686

2. Quod sit officium Iudicis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

rum: nisi forte extra Monasterium degentes de-
liqui-
runt: quo casu Conc. Trid. Ordinariis Ju-
dicibus diœcesis jurisdictionem in eos delegavit,
Sess. 6. c. 5. Sess. 7. c. 14. Sess. 14. c. 4. De reform. sicut
& quando degentes in monasterio extra Mo-
nasterium notoriè & cum scandalô delinqunt,
Sess. 25. c. 4. De reformat.

9. Præterea Abbatissâ in Moniales & subje-
ctos sibi Clericos, *cap. Dilecta 11. inf. De majorit.*
Et obed. quos tamen excommunicare nequit,
ut nec absolvere à peccatis, aut suspendere ab
auctu Ordinum, vel alia in eos exercere, qua pen-
det à potestate clavium, cuius ipsa est incapax,
cap. 9. inf. De pœnit. *Et remiss.* Potest tamen ad
hæc implorare officium Episcopi, *d. cap. Dile-*
cta.

10. Vbi verò Monasteriorum Prelati in suis
subditis corrigendis negligentes fuerint, licebit
Episcopis eorum negligentiam supplere, *cap.*
Quanto 7. b. t. prout etiam supplere malitiam
vel negligentiam delegati à summo Pontifice,
c. Significavit 6. b. t. quantumvis delegatus alias
major sit Episcopis *cap. Pastorale 11. b. t.*

Denique Archidiaconi, Archipresbyterorum,
Archipresbyteri, Presbyterorum sunt judices
ordinati,

Prohibentur fieri Judices Ordinarii, servi, fa-
miliæ, nisi sint Regi p. Principissæ, Comitissæ,
vel habeant administrationem, ut Abbatissâ. I-
tem minor viginti annis, nisi maior à Princepe: ig-
nari & improvidi: & denique qui famâ labo-
rant, ut excommuni-ati, Schismati ci, heretici,
& similes.

TITULUS XXXII.

De officio Iudicis.

§. I.

Quid sit Iudex?

1. Quis dicitur Iudex, & unde.
2. Qui, & ex qua causa, potestatem judicandi
non habeant.

R ECTE deinceps sequitur de officio Judicis
in genere, prout est commune Judi-

cibus, Delegato, Legato, & Ordinario.

1. Dicitur autem Iudex, qui publicam habet &
causis & criminalibus cognoscendi & judicandi
potestatem, quam jurisdictionem appellant. Dico, publicam, ad excludendum arbitrium, quoniam non est Iudex, nec potestatem judicandi publicam habet, sed priuatam, nempe ex consensu
privatorum. *C. De jurisdict. omnium judic.*

2. Dicitur verò Iudex, quasi jus dicens po-
pulo, siue quod iure discepit, Jure autem dis-
ceptare est justè judicare. Non est ergo Iudex,
si non est in eo justitia, *c. Forum 5. In omni inf. Di-*
verb. significat.

3. Potestatem judicandi habent quilibet nos
prohibiti, Prohibentur alii ex defectu aliquo
naturali, ut furiosus non habens lucida intervalla,
surdus, mutus, impubes, quia judicio cata. Et talis defectus potest quandoque objici, etiam
postquam intentio transiit in rem judicatam
& quandocumque objicitur, reddit judicium re-
tro nullum. Maranta, *a p. Spec. aurei Dist. 16. n.*
3. Ali ex accidenti, & inducto per jus positi-
vum, ut quia iudex sit infamis, servus, excom-
municatus, Senatus motus, *can. Infamia 5. tria*
sunt 111 q. 7. 1. cum Pastor 5. non autem omnes D.
De judicis, & ibi Glossa. Et tunc, si defectus sim-
ilior ac manifesti, possunt quandocumque
opponi ad invalidandum judicium, quandoque
licet suurales, qui ipso iure judicium, invalidum
redduntur: ut Iudex sit servus vel excommuni-
catus, *& Ad probandam inf. Dere judicata, c. P. 1.*
Dere except. in d. c. Sciccatius 13. Sup. Dere rescripsi. Secus statuendam de defectu infamia, qui si
non opponatur ante item contestatam, valeat
processus & judicium, Maranta *d. loco.* Si defectus
sunt occulti, tunc distinguendum, ut per
Abb. & Felinum, *in d. c. Sciccatius.*

§. II.

Quod sit officium Iudicis?

1. Iudicis est præsidere litiganti, de advoco-.
2. Oportet esse virum bonum & probatum vita.
3. Legisperitum, & judicare secundum leges.

O FFICIUM Judicis latissime patere, ait Juris-
consultus. *D. De jurisdict. om. iudicium.* id-
quid tam extra judicium, quam in iudicio: quod
hic

hic nimis longum fore singulatum explicare; &
pleraque ex auctoritatibus intelligi possunt.

1. Quibus addi potest, ex e. i. h. t. et quoque
pertinere, ut si alter litigantium careat advoca-
to, iudex ei de advocateo propiciar, l. Nec quid-
quam s. *advocatus D. De officio Procons* Sic etiam
ad judicem spectat providere, ut aqua fiat pa-
titorum & advocateorum distributio, can. in-
fames h. 7. & ut sit aliquis ordo po-
stulationum, prout prescribitur in d. l. Nec quid-
quam s. *observe*. Ad eundem spectat subvenie-
re oppresso, judicare pupillo egeno, defendere
viduas, humi em & pauperem iustificare.

2. Præterea virum bonum esse oportet, ne fiat
iudex alienarum culparum, qui gravatur ponde-
re suarum. Durum enim est, ut, qui necit re-
dere moderamina vita sua, si Judex fiat alienus.
Debet etiam esse semper us ab omni favore & o-
dio, nec acceptor per sonatum vel munerum.

3. Debet insuper esse legisperitus, & secundum
leges, consuetudines ac statuta, & secundum al-
legata ac probata, non autem secundum priva-
tan sententiam, iudicare, can. *Judicet illi q. 7.* ubi
eleganter D. Ambros. *Bonus Iudex nobiles arbitri-
os facit, & domestica proposito voluntate; sed
juxta leges & statuta pronuntiat, statuta iuris
obtemperat, non indulget propria voluntati, nihil
parum & meditatum domo defert: sed sicut au-
dit, ita iudicat, & sicut se habet negotii natura, de-
cernit, &c. Cæterum qualiter Judex ex auctoritate
dicebat, aduersus ea, quæ privatim cognovit,
tractat pulchre Covat. lib. 1. Var. ref. 1. &
ibidem notio Vffclius.*

§ III.

Quotuplex sit officium Iudicis.

1. *Officium Iudicis aliud nobile.*

2. *Aliud mercenarium.*

3. *Discrimen iuriusque.*

1. **O**fficium Iudicis dividunt vulgo Interpretationes in officium Iudicis Nobile & Mercenarium. Nobile vocant, quod non subservit ulli actioni instituta, sed per se imploratur, & a Judice exercetur auctoritate iuris, sive motu proprio, vel ad petitionem partis, licet nulla proponatur, vel etiam competat ordinaria actio: veluti quando minor vel Ecclesia iusta con-

tractu aliquo implorat officium Iudicis, ut in
integrum restituatur, vel contractus rescindatur
soto ist. D. *De minoribus & inf.* *De in integrum re-
stitutus.* vel cum quis petit, ut vicinus caveat de
damno infecto. Hoc autem Iudicis nobile officium
subinde, textus Juris appellant. *auxilium
Pratorum, Institut. De noxal actione inter um me-
rum Pratorum officium*, l. *Stipulationum 5. D. De
verb. obligat.*

2. Mercenarium Iudicis officium vocant,
quod iuri & actioni instituta subservit, ut scilicet
actio instituta melius procedat, & exitum
habere possit: adeo ut cessante actione cesset offi-
cium illud: veluti cum Judex volentem agere
alieno nomine juber satisfacere, id est promittere,
dati etiatis fiduciis omnibus, dominum rei in Ju-
dicio controversæ ratum habiturum, quidquid
in judicio ejus nomine egreditur. D. *Rim ratam
haberi*: aut iubet tecum satisfacere iudicatum solvi.
Hoc Iudicis officium mercenarium Iuris tex-
tus appellat *merum Iudicis officium, us institutus De
servi, stipulat.* Interpretes tamen illud appellant
mercenarium, quod in eo Judex non sit liber, sed
sequi debeat naturam actionis propositæ; cui
proinde officium mercenarium subservire dici-
tur. Et Hinc sit, quod, cum actionum diversæ
sunt naturæ, diversimodè etiam se habet hoc Ju-
dicis officium: nam in aliquibus, veluti in bona
fidei actionibus, latissime patet; in aliis vero, ve-
luti stricti iuris actionibus, strictè concludi-
tur, s. *actionum autem iustitiae. De actionibus.*

3. Sed & hoc discriminis est inter officium no-
bile & mercenarium, quod in iis, quæ pertinetur
officio Iudicis mercenarii, non sit opus litis
contestatione, in iis vero quæ pertinetur officio
Iudicis nobili, interdum opus sit litis conte-
statione, nempe quando officium nobile
principaliter imploratur, Exempli causa quan-
do restitutio in integrum imploratur, opus est
litis contestatione, quia tunc officium nobile
pro actione proponitur, seu habet se instar a-
ctionis, in qua opus est litis contestatione. cap. 1.
h. t. Dixi, quando principaliter implora-
tur; quia secus est, si incidenter, pu-
ta ratione aliquius actionis instituta.

¶(†)¶

N

TITU-